

de gen. anim. 3, 1; Plin. h. n. 10, 53, 136) de his regionibus vera fabulosaque narrantur. Certiora autem testimonia ibidem eruderantur vasa picta more Graeco non ita pauca neque alibi in hac Italiae plaga facile reperienda. Ipsum oppidum, quod exiguum fuisse sub imperatoribus etiam Strabo significat, apud posteriores raro commemoratur; meminerunt tamen eius praeter supra citatos auctores Tacitus hist. 3, 12: *Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam (sic cod.) pervectus a praefecto aliae Vibennio Rufino praesidiū illic agitante vincitur et Ptolemaeus inter Venetorum oppida 3, 1, 30, ubi in libris item est 'Atria'. Incolae Varroni l. c. dicuntur *Atriates*; quae praeterea leguntur formae 'Aδριανος' (Steph. s. v.) et *Hadrianus* (Plin. h. n. 3, 16, 120, 10, 53, 146, 14, 6, 67; Steph. s. v.), minus probabiles videntur esse. — Municipii locum Atriam obtinuisse effici videtur ex titulis duobus supra citatis, in quibus legitur *m(unicipii)* sive *m(unicipum)* *A(triatum)*, cum Hadriam Piceni constet coloniae ius habuisse. Praeterea ex titulis, qui sunt mirae simplificatis et castitatis, vix quicquam colligitur nisi Atriae fuisse *collegium nautarum* (n. 2315). Magistratus nusquam commemorantur; ne de tribu quidem constat nisi ex titulo supra citato Moguntino.*

Ager Atrianus quatenus occidentem versus pervenerit, non satis con-

2313 aerea tabella ansata. Adriae FERRAR., cotitans sine dubio de oppido prope Patavium, non de Aprutino. Ferrariae PIGHIUS. Romae apud Franc. Blanchinum BOLDETT. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 157. — Ad Hadriam Piceni retulit MUR. errore.

PRO SALVTE ·
IMP CAESARIS · sic
M · AVRELI SEVE
RI ALEXANDRI
PII FELICIS · AVG.
5 IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO

Contuli. Hadriæ descriptam proponit Ferrarius cod. Reg. f. 169, qui exhibet recte delineatam (inde et ex Boldetto Mur. 9, 9; item male Donius 3, 32, quamquam auctorem laudat pro Ferrario Rambertum; ex Donio Mur. 248, 2). Ferrariae vidit Pighius Herc. Prod. p. 351 (inde Grut. 12, 3; ex eo Oct. Boldonius epigraph. Perusiae 1660 p. 516; ex Boldonio Reines, 1, 208). Romae descriptam ed. Boldetti *cimiteri Rom.* 1720 p. 218. Veronae denique exceperunt Maffei M. V. 471, 3 (inde Donat. 3, 3); Devit p. 83 n. 70. A prioribus Orell. 1232 et ego I. R. N. 6126.

2314 Adriae apud Reformatos MUNEGH.; *scavata ne' miei giorni nel fondarsi il monastero de' PP. Zoccolanti ed ivi affissa CAM. SILVESTRI*; ibidem ZENO. Nunc in museo Bocchii.

DECVRIONVM · DECRETO
MAELIAE · Q·F· MARCELLI
LOCVS · SEPVLTVRAE · DA
TVS · IN · FRONTE · P· XXXX
5 INTRORSVS · P · XXXX

Contuli. Mecenate ms.; Muneghina ms. inter Ursatiana; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293, 294; Zeno ms. et lett. 1, 347 (inde Donat. 240, 7) misit Muratorio a. 1705; Caesar Frassoni misit eidem 18, 224; Cam. Silvestri *Giuvale* p. 117 (inde Mur. 1705, 2); Cam. Silvestri *paludi* p. 115; Campagnella ms. 2, 67; Devit p. 16.

1 DECRETO Mec. Munegh. Suar. et reliqui, DECRET/ hodie est. — 2 MARCELLI etiam qui primus descripsit Mecenatius, quare ne credas quemquam vidisse versum in fine pleniorum.

stat, nisi quod ex infra (p. 236) dictis intellegitur ad Lendinaram usque pervenisse agrum Atestinorum. Nobis satius visum est ab titulis Atrianis certis Rovigenses separare, licet non negem plerosque ad Rovigium repertos probabiliter tribui Atriae. In territorio, quod nunc est inter Atriam oppidum et mare, tituli nulli omnino reperiuntur, nec dubium est id post aetatem Romanam demum accrevisse eoque pertinere VII maria, de quibus adscribam testimonia auctorum. Peutingerana: *Fossis* — VI — VII maria — VI — Radriani, pro quo vocabulo corrupto recte substituerunt viri docti Atriam, quamquam alii cogitarunt de vico qui nunc est Ariano. Plinius h. n. 3, 16, 119: (*Padus*) *diductus in flumina et fossas inter Ravennam Altinumque per CXX M. P.*, tamen qua largius vomit septem maria dictus facere. Post alia § 120: *egesto annis impetu per transversum in Hadrianorum paludes, quae septem maria appellantur*. Itin. Antonini p. 126: *inde (a Ravenna) navigantur septem maria Altinum usque*. Herodianus 8, 7: ὅτε Μάξιμος ἀπὸ τῆς Παθίνης ἦργα ἐπέστη Ἀλεξανδρίᾳ, διαβάσας τὰ τενέα, ἢ τε ὑπὸ τοῦ Ηριδανοῦ ποταμοῦ πληρουμένα καὶ τὸν περικιόνεων ἔδων ἐπτά στόματα ἐσθίεται. ἐνθεν καὶ τῇ φυνῇ παλούσιν οἱ ἐπιχώριοι Ἐπτά πελάση τὴν διώνην ἐπινίγγη.

2315 Adriae ANT. (etiam ALCIATI FEAE). In campanili Tumbæ FERRETUS. Ibidem, scilicet in turri campanaria ecclesiae S. Mariae della Tomba, adhuc. — Inter Veronenses RED. et inde Colognolae PANV. Mediolani LIL. et inde ALCIATUS, qui cum post Morimundensem inseruisset, Moribundi agri Mediolanensis in agro extare dixit GRUT. Inter Hispanas FERRARINUS (Reg. f. 172) et inde Sagunti MUR. 526. 'Nescio ubi' SANUTUS. Ferrariae DONAT.

D M

Q · TITIO · SERTORI
ANO Q · TITIVS · SEVE
RVS · FILIVS · QVI · ET
5 COL · NAVT · M A DEDIT
SN CCCC AD ROSAS ET
ESCAS DVCENDAS EI
OMNIBVS ANNIS

Contuli. Habent Cyriacani Felicianus Adr. 1; Marcanova Mut. f. 179' Adr. 5; Ferrarinus cod. Trai. f. 53', cod. Reg. Adr. n. 4 et denuo inter Hispanas f. 172 (inde Mur. 526, 4 ex schedis suis et Capponiis); Redianus f. 72 inter Veronenses n. 142; Gammarus f. 112; Lilius f. 11' (inde opinor Alciatus in Mediolanensibus cod. Dresden. l. 2 f. 53; Grut. 744, 1 ex Alciatinis); Iucundus f. 180; Sanutus f. 267; Alciatus Feae f. 76'; Choler f. 106; Apianus 105, 1; Panvinius ant. Ver. p. 229. Ex his diserte ad Cyriacum referunt Felicianus (Ver.) et Gammarus. Denuo ex lapide Muneghina ms. apud Ursatum; Ferretus f. 118'; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 295, 296; Scalabrini inter Ferrarienses n. 88; *Nuovo giorn. de' letterati* 34 (1737), 131; Mur. ms. 19, 226, ed. 1270, 6 ab Ant. Scotio, qui videtur pendere ex Ferreto, ms. 18, 224 a Caesare Frassoni; Cam. Silvestri *Giuvale* p. 411; Car. Silvestri *paludi* p. 109; Ios. Bocchi in ms. Tarvis.; Campagnella ms. 2, 67; Donatus 234, 2 ab Ioh. Bapt. Passerio; Devit p. 58. 5 punctum nullum inter elementa MADEDIT. *D(is) m(anibus).* Q. Titio Sertoriano Q. Titius Severus filius, qui et collegio naut(arum) m(unicipii) A(triae) dedit s(estertios) n(ummros) CCCC ad rosas et escas ducendas ei omnibus annis.

2316 ex Adriano agro advecta servatur Tarvisii in bibliotheca capitulo COLETUS. Hodie ibi in curia.

AEMILIA · C · L · LEXIS
ISMARO · LIB
V · F

Descripti. Habet Coletus inscr. Tarv. ms. n. 60.

2317 ab Adria perticis XXX in loco q. d. *il Ritratto* rep. 3 Dec. 1785, extat in museo Bocchi.

ANCHARI
A · L · L.
DEVTERA

Contuli. Schedae Bocchianae Vindobonenses; Devit p. 19, usus epistula ms. Hier. Silvestri ad Bocchium servata in museo Bocchiano.

2318 rep. a. 1756 m. Martio Adriae *nel Ritratto dell' Amolara* in fundo Petri Bocchi BOCCHI MS. similiterque VALV.

T · ATTIVS
L · F · RVFVS

Ios. Bocchi in ms. Tarvis. et *Mem. del Valvassore* m. Maii a. 1756 p. 58 (inde Devit p. 86) et apud Donat. 467, 16.

2319 Adriae rep. a. 1809 in hortis conventus monialium Augustinianarum, deinde ex dono abbatissae Bocchiae collocata in museo Bocchiano.

AVRELIA · Q · F
MAXSIMA


Contuli. Bocchiana Vindobonensis; Devit p. 20, usus schedis Bocchianis.

2320 Adriae rep. 1764 *alla Bettola* in fundo Armadiorum GROTTA; in aedibus Grotto DONAT. DEVIT. Inde nuper venit in museum Bocchi.

BASSVS


Contuli. Grotto in ep. ad Ios. Bocchium 27 Iul. 1764; Donat. 467, 5 a Bocchio; Devit p. 34.

8811 Asoli antea in pavimento monialium S. Petri, deinde apud Furlanum.




Furlani ms. c. 9.

8812 prope Asolo nel sobborgo Frattalunga in pavimento ecclesiae S. Apollinaris.



Furlani ms. c. 13.

8813 Pagnani prope Asolo in ecclesia parochiali.



Furlani ms. c. 9.

XXVII. T A R V I S I V M (p. 201).

Sero ad me pervenit Ioh. Bapt. Aloisii SEMENZI *Treviso e sua provincia*, scilicet editio quae secunda dicitur (*Treviso* 1864. 8. pp. 356); prior pars est operis Ignatii Cantù *Grande illustrazione del Lombardo Veneto*.

8814 Trevisi in curia antiqua, nunc Corte di assise.

ARMINA // / / / F
ISMARO 1 / / O
V F

Lucianius descripsit.

Cogitavi de gente Carminia propter n. 2116; sed relecto lapide Lucianius descripsit vel spatio solo litteram C excludi.

8815 Gorgo nel muro del cemiterio della chiesa parochiale.

MARCELLO FILIO

Ex schedis Melchiorii Opitergini (v. p. 1066).

8816 urna cylindrica Trevisi in curia antiqua, nunc pro tribunali.

MARI SEVER

Semenzi Treviso p. 233; Lucianius mea causa descripsit.

MARI Sem.

8817 Trevisi in curia antiqua, nunc pro tribunali.

CONIVG
SVAE-V-F
IN FR-P-XII
RETR-P-XXX

Semenzi Treviso p. 233; Lucianius mea causa descripsit.

1 Q...i, 2 SVAF, 4 REIR Semenzi.

XXVIII. A L T I N V M (p. 204).

ad p. 205 n. VIIIa. In CODICE BIBLIOTHECAE PUBLICAE NEAPOLITANAEE XIV. D. 8 scripto a. 1525 praeter ipsum corpus, quod nullam utilitatem habet corrasum ex syllolis vulgaribus, additamenta quaedam insunt non inutilia, in his f. 60. 61 Veneta quaedam sub praescriptione hac: 'Ex ultimo quaedam habita, quae nunc extant in viridario Lodovici Mucatii patr. Ven. apud S. Helenam. In agro Taurisano haud procul ab Altini ruinosis squamis'. Versus continuantur.

ad p. 205. Venetorum quae proponit Manutius cod. Vat. 5248 postea mihi innotuit Vahleni beneficio alterum exemplum gemellum quatenus pervenit, sed subinde emendatus scriptum, scilicet CODICIS VINDOBONENSIS n. 5667 f. 74, ubi praecedunt epistulae Francisci Barbari scriptae manu eadem. Epigramma prima quindecim petita sunt ex corpore antiquo, Iucundi opinor; sequuntur tituli ex lapidibus excepti, alii Venetas delati Tergeste (n. 534. 541. 554. 563. 611), Aquileia (n. 749), Patavio (n. 2937), alii editi inter Venetos n. 2144. 2145. 2147. 2169. 2174. 2188. 2197. 2205. 2217. 2222. 2225. 2231. 2239. 2242. 2247. 2248. 2252. 2256. 2280. 2290. 2292. 2293. 2294. 2300. 2301. Versus non magis divi-

duntur quam fit in cod. Manutiano. Quae differunt a libro Manutiano suis locis infra proposui.

GIORGIUS in schedis Casanatensis fasc. XVI Veneta quaedam posuit accepta a Balbo Tommasi Mestrensi, eadem fere quae Muratorio misit Scotus, scilicet n. 2175. 2195. 2210. 2214. 2263. 2265. Varia lectio si qua inventur, infra affertur.

Aurelius GUARNIERIUS 'in atrio palatii nobilium fratrum de Emis ad divi Simeonis, vulgo divi Piurlo Venetiis 1781' transcripsit titulos novem hos: huic vol. n. 41. 385. 428. 435 (imminutum ut nunc cernitur). 440. 457. 796. 2556 et vol. III n. 3180b, qui hodie omnes extant Catai in museo Obiciano. Praeter n. 796, qui antea quoque Venetii fuit, reliquos titulos, quorum quidem de origine aliunde constat, Emi traxerunt ex Histria, scilicet n. 41 ex Pola vel potius ex Capodistria, n. 385 ex Cittanova, n. 428. 435. 440. 457 ex agro Pinguentino: quam ob rem duos originis non testatae, quorum ego edidi alterum n. 2556 inter Atestinos, alterum III n. 3180b inter Dalmaticos incertos, probabiliter et ipsis Histriæ adiudicabimus.

ad n. 2153. Codex Neapolitanus XIV D 8 (vide supra) refert f. 25, collocans Torcelli. Varia lectio haec est: 4 MAXIMVS — 5 XVII·COS·III — 6 ANTONINI·RII·FILII — 7 HADRIANI — 10 finit in NERVAE, conveniens fere cum Sanutiano.

ad n. 2173. PRO APPELLAI SCR. APPELLAI.

n. 2197. Habet codex Vindobonensis 5667 bis, primum ex Antiquo non perscriptam, deinde ex lapide sic: IVLIAE GALATIAE MVLIER·BONE QVE VIXIT ANN·XXXV FILIPPV S CONIVG B·M·HOC IN LOCO POSITA EST AQVILINA L QVINTIAE FELICISSIMAE PVELLA QVAE VIXIT AN VIII M-XI DIES III LOLLIA VXESIS MA S ET SIBI POSVIT QVA. Cf. n. 2239.

ad n. 2172. Guarnierius videt a. 1783 in aedibus ruralibus Petri Marcelli in loco vulgo La Malcontenta; reiecta igitur falsa loci indicatione a Trivisano prolata et haec et n. 2276 transferenda sunt inter Patavinas (cf. p. 268 et n. 2849). Descripsit autem Guarnierius sic:

CORNELIAE · C · F
PAVLLINAE
OPTIME DE SVIS MERIT
D D
PVBLICE

VLICIAE·M·L·VASS/
APICVLA·L

ad n. 2195. Tommasius apud Giorgium sic:

ad n. 2213. Dele; est Opitergina n. 1987.

ad n. 2218. In viridario Mucatii videt testis omnium antiquissimus is qui scripsit a. 1525 codicem Neapolitanum f. 60'. Descripsit item in domo Suarez a. 1782 Guarnierius. — 4 HERMES Guarn. — 5 L·PONENDVM Neap.